

Deo creata sunt, nobis bona sũnt, & bona valde. S. Chrysol. ferm. 89.

Tanta est nobilitas cuiuscumque vilissimæ creaturæ; ut pote pilli, palæ, & cuiuscumque etiam vilioris: quod tota philosophantium peritia omnem eis perfectionem, quam in illa creatura Deus, comprehendere non valeret. S. Bernardin. l. 5. c. 1.

Dicit aliquis: ad quid valent pulices, qui nos inquietant? responderetur: valent ad humiliandum hominem; homo enim timet superbia, inquietatus à pulice humiliat se dicendo; Quid te exaltas pulvis, & cinis, qui pulci non vales resistere? Jo. Gerson. Alphabeto div. amor.

§. II.

Creaturæ sunt scalæ ad Creatorem.

Ex Veteri, & Novo.

Posuit eum in paradiso voluptatis. Gen. 2. 15. ut ex aspectu multam acciperet voluptatem, provocaretque ad gratitudinem. S. Chrysol. hom. 13. Certum est, quod homo itans habuit cognitionem creaturarum; & per illarum representationem ferebatur in Deum; ad ipsum laudandum, venerandum, amantem; & ad hoc facta creaturæ; & reducuntur in Deum. S. Bonav. l. 13. de sublimit. fidei.

Ex omni ligno paradisi comed. Genes. 2. 16. Quod, ni fallor, idem est, ac si diceret: facite; ut per res omnes conditas ad me Conditorum affurgatis. Sancti Jo. Damascen. l. 2. Orthod. fid. cap. 11.

Formatis igitur Dominus Deus cunctis animalibus terra, adduxit ea ad Adam. Genes. 2. 19. Statuens Deus coram eo tot genera, creaturarum, potentia suæ infinitæ contemplandæ ei præbuit materiam. Et sequitur statim: Immisit Dominus DEUS soporem in Adam: quem soporem Sept. dicunt quandam exaltam fuisse. Et credo, extasim illam causatam fuisse ex Bonitatis, & Majestatis, Dei infinitæ consideratione; quam ostendit in formatione tam diversarum creaturarum. Diez conc. 2. in Comm. Virg.

Cæli exarant gloriam DEI. Pf. 18. 2. Hebr. Cæli scripserunt gloriam DEI. Cant. 5. 14. Manus illius ornantes aurea. Alii: manus eius volumina aurea.

Quam magnificata sunt operata Domine! Pfal. 91. 6. Quodcumque aspexeris ædificium tuum est. Vides solem, vides stellas, vides lunam: hoc ædificat te. Debes enim cogitare, & dicere: si sol, & luna, & cœlum, & stellæ, Deo serviunt; quare ego non serviam? Cœlum servit; terra servit; & infelix ego homo non servio. Quid erigeris in cœlum? & cogitatio tua transcendit in cœlum? ecce à pulice vulneraris! S. Hier. in Pf. 91.

Adherent omnia verba vis tui. Pf. 137. 4. Nulla est pars Creaturæ, & supernæ, & infernæ; que non emittat vocem quavis tuba clarioræ, prædicantem nominis Dei magnificentiam. S. Chryl. hic.

Sanctus Dominus in omnibus operibus suis. Pfal. 144. 17. Omnia ista DEI opera sunt. proponuntur, suscipiuntur, laudantur, opera celebrantur; de operatore tacetur. Ergo in operibus volo laudare Creatorem; ingratum non amo laudatorem. Laudas, quidquid fecit; taces de illo, qui fecit? Quasi verò, nisi ille tantus esset, invenires, quod laudares. In eo, aliqua potentia, rerum istarum: ut pulchritudo te delectet, quid pulchrius faciente? Si utilitas laudatur; quid illo utilius, qui fecit omnia? Si virtus laudatur; quid illo potentius? à quo etiam facta non dimituntur; sed reguntur, & gubernantur omnia. Sancti Augustin. hic.

Nam, quem diligit anima mea, vidisti? Cant. 3. 3. Sponsæ charitas cõ devenit, ut sponsum omnia putet; nè usquam eo careat. Si ad vineas divertit, botrus Cypri dilectus meus mihi. Cant. 1. 13. In campo florem illum agnoscit. Si aromata fragrant, Christus myrrha illi est. Si sylvas adit, malus est inter ligna. Si montes subit, Christus est cervus. Breviter, nè à Christo unquam avocetur, illum ubique ac esse dicit, quæ ipsi in oblectamentum obijceris. Olivæ l. 3. Strom. hic.

Paululum, cum pertransisset eum, invenit, quem diligit anima. Cantic. 3. 4. In triplici Creatura sua investigari, & agnosci, potest DEUS: in Mundo, & ad ejus ornatum creatis; in Homine; & in Angelo. Has singulas circuit, & pertransit, anima Deum sitiens; ut eum, quem quærit, inveniat. Rich. à S. Vict. hic.

Cœcus quidam. Luc. 18. 35. Vident cœci, cum cementes hunc Mundum immensa pulchritudine rerum conditarum, collatione facta, conspicantur & ipsum Mundi opificem. Orig. in Matth. cap. 13.

Quære Deum si forte attendent eum, aut inveniant. Act. 17. 27. Verbum attritare dici solet de cœcis, qui palpando viam quærent: quia in hac vita tantum per vestigia Creaturarum investigamus Deum; & palpando creaturas, in illis quasi Deum attractamus. Alii putant, vocabulum esse Musicum, significans tactum instrumenti, vel chitharæ: creaturæ enim vult chordæ instrumenti Musici à Deo facti; ex quorum tactu per cognitionem mi-

rus prodit sonus. Hic sonus vocatur Job 38. 37. concentus cordi. De Ponte. In Cant. 3. Exh. 1. §. 2.

Ex Patribus, & aliis.

Sol oculus est Mundi, jucunditas diei, cœli pulchritudo, naturæ gratia, præstantia creaturæ. Sed quando hunc vides, auctorem ejus consideras; quando hunc miraris, lauda ipsius Creatorem. Si tam gratus est sol, consois, & particeps creaturæ; quam bonus est sol ille justitiæ? S. Ambr. l. 4. hex. c. 1.

Quamcumque creaturam aspexerimus, fulgurat Dei notitiam; dum ex creaturis Creator agnoscitur. S. Hieronym. in Ezech. cap. 1.

Circumcat animus tuus per univervam Creaturam; undique clamabit tibi Creatura: Deus me fecit. Quidquid te delectaverit in arte, artificem commendat. S. Aug. in Pfal. 26. Enarr. 2.

Quid non pro suo genere, ac pro suo modulo, habet similitudinem Dei? quandoquidem Deus fecit omnia bona valde; non ob aliud, nisi quia ipse summus bonus est. Idem lib. 11. cap. 5. de Trinitate.

Interroget se anima: Quis fecit hæc omnia? Quis creavit hæc? Quis tepidam? Quid sunt ista, quæ consideras? Quid in quo consideras? &c. Id. in Pfal. 99. Enarrat.

Ineffabili dulcedine tenor, cum audio, bonus Dominus! consideratque omnibus, & collustratis, quæ forinsecus videntur, quoniam ab ipso sunt omnia; etiam cum mihi hæc placeant, ad illum redeo, à quo sunt: ut intelligam, quoniam bonus est Dominus. Id. in Pf. 134. enarrat.

Disce anare in creatura Creatorem, & in factura factorem. Nè terreat te, quod ab illo factum est, & amittas eum, à quo & ipse factus es. Id. in Pf. 39.

Circumspice mihi ver, & diversi generis flores, in similitudine disparata; rosam quidem tubeam. Lilium autem album: ex una fanæ pluvia hæc sunt, & ex una terra: quis hæc discernit? quis operatur? S. Cyrill. Jerof. Catech. 9.

Hæc univervæ Mundi moles perinde est, ac liber literis exaratus, palam contestans, ac deprædicans, gloriam Dei; illiusque augustissimam majestatem anonuntians tibi intellectuali creaturæ. S. Basil. hom. 11. hexam. In manus dedit Deus hominibus librum suo digito concinne descriptum, quasi precarium; ut eõ aperto, & subinde evoluta, nunc ejus omnipotentiam, nunc sapientiam, modo alia, & alia Deitatis attributa, lectitemus. At quorlum liber aureis notulis pulcherrime picturatus, myseriique rerum abditarum abundans? sit tamen illum nec in manus sumas, nec liceat unam legas. Bernardus in Gen. 1.

Deus res creatas in morem scalæ adaptaverit per eas suis amantibus ascensum ad se adituro. S. Basil. Seleuc. or. 11.

Per ipsa elementa Mundi, tamquam per publicas paginas, significationem divinæ voluntatis accipiunt: Nec unquam cessat divina eruditio; quando etiam de iis, quæ nobis famulantur, imbuuntur. S. Leo l. 7. de junio.

Utter, quomodo utendum est, creaturis visibilibus; & quidquid in eis pulchrum, atque mirabile est, refer ad laudem, & gloriam Creatoris. S. Leo l. 7. in Nar. Dom.

Licet undecumque proficere, ac doceri. Omnia ferè mysticos offerunt intellectus; & facili est, ex quolibet morum figuræ venustatem. Nihil ita creatum est per se, nihil ita simplex, cui non sit aliiquid, unde doceamur, vel cavere noxia, vel salutaria providere. Hildebertus ep. 16.

Mundus, & omnia, quæ cœlo, & terra continentur; quædam clarissima Dei Sapientiæ signa sunt. Rupert. lib. 1. in Gen. cap. 5.

Omnia ad æternam beatitudinem capessendum à Deo sunt omnia ordinata; ita ut etiam corporalia, & mortalia: dum transeunt, dum in usum veniunt, aut in considerationem recipiuntur; subserviant. Sim. Cass. lib. 12. cap. 17.

Qui tantis rerum creaturarum splendoribus non illustratur, cœcus est: Qui tantis clamoribus non evigilat, surdus est: qui ex omnibus his effectibus DEUM non laudat, mutus est: qui ex tantis indicibus primum principium non advertit, stultus est. S. Bonav. diat. fal. itin. mentis in Deum c. 1.

Omnes creaturæ istius sensibilibus Mundi sunt umbræ, resonantia, & picturæ; sunt vestigia, simulacra, & spectacula, nobis, ad contendum DEUM, proposita, & signa divinitus data. S. Bonav. lib. c. 2.

Cuncta hæc, quæ videntur, sunt quoddam speculum, per quod cognoscitur Deus. S. Laur. Just. de virt. Fidei c. 2.

Cogita rerum principium, quod est nihil; & lauda potentiam: Attende ordinem; & mirare sapientiam; considera finem; & occurret tam benigna utilitas, quam utilis benignitas Creatoris: nam sua Bonitate, & nostræ utilitate fecit omnia Deus. Hugo de S. Charo Prologo in Gen.

Speculum sunt creaturæ, quæ representant Creatorem v. 9. terra cum arboribus representant potentiam Dei; aquæ, quæ abluunt & mundant, misericordiam Dei &c. S. Vinc. Ferr. fer. 2. post Ramos.

Deus depinxit hunc Mundum, tamquam tabulam plenam imaginibus ad representandum. Id. de S. Dominico.

Si quis intraret domum, & in introitu sentiret calorem, & ap- pro-

propinquans majorem crederet ignem esse interius, est ignem non videt. Sic considerans res Mundi per pulchriora, credo, quanto magis approximat Deo, tanto pulchriora, & meliora invenit. S. Thom. opus. 3. c. 3.

A quodam sancto viro secretè scio, quod post quosdam excessus, quos aliquando habuit; postmodum ad odorem florum sic immutabatur spiritus ejus; quod quasi ridebat ad prædictos excessus. Id. in Gen. c. 27.

Nulla tam exigua, & tam vilis creaturula est; in qua non reluceat hæc tria invisibilia. Potentia, Sapientia, Bonitas. Blosius Parad. animæ cap. 28. Si vel folium arboris contempleri volueris, deprehendes in eo stupendum quoddam artificium. Id. ib. cap. 29.

Pueri mirantes in Libris aurum, aut picturam, privantur libri medulla, id est, doctrina. Non contemplant pulchritudinem creaturæ; sed lege, quod in ea scribitur: ut scilicet amantem pulchritudinis Authorem, & Creatorem. Stella de cont. Mund. cap. 38.

Sol in vitro reflexus, vel aqua. Lem. Reflexum facilius. Subintellige, intuemur, just. Lips. in not. ad l. r. polit. ut solem deficiente non directè, sed in aquis intuemur; sic DEUM in operibus. Picinelli.

Peripiciacia. Lem. Non ipsa, sed per ipsa. Non creaturas, sed per ipsas DEUM, idem.

§. III.

Creaturarum usus, & abusus.

Vale ergo, & comede in lactia panem tuum; & bibe eum gaudium vinum tuum. Eccl. 9. 7. Literali sentiu; in læticia, & corde bono, ut quis dicitur bonis sibi à DEO concessis; cum modeste utitur, & ad naturæ necessitates. Hic est enim proprius usus rationalis Creaturæ; propterea inquit, Panem tuum: Nam qui inexhausta cupidine gula, ventricque, deservit; peccorum vitam potius consecratur. Olympiodor. hic.

Relinquitur est, & qui gaudent, tamquam non gaudentes. 1. Cor. 7. v. 30. Gaudet, sed tamquam non gaudeat; qui sic de temporalibus bonis hilarescit; ut tamen semper tormenta perpetua consideret. Emit autem, sed quasi non possidens; qui & ad usum terrenam præparat; & tamen cauta cogitatione providet, quod hæc citius relinquet. Mundo quoque utitur, sed quasi non utatur; qui & necessaria cuncta exterioribus ad vitæ suæ ministerium redigit; & tamen hæc eadem non sinit menti suæ dominari. S. Greg. hom. 36. in Evang.

Res aliæ sunt, quibus fruendum est; aliæ quibus utendum; illæ, quibus fruendum est, beatos non faciunt; istis, quibus utendum est, tendentes ad beatitudinem, adiuvantur; & quasi adminiculantur, ut ad illas, quæ nos beatos faciunt, perveniamus, atque his inherere, possimus. Si redire in patriam volumus, ubi beati esse possumus, utendum est hoc Mundo, non fruendum. S. Aug. l. 1. de doctr. Chrill. c. 3.

§. IV.

Placeat Creator pro creaturis.

Sub umbra illius, quem desideraveram, sedi. Cant. 2. 3. Perpendit S. Bern. l. de Nar. V. non dixisse sponam: sub umbra illius, quem sed quæ Sec. quia non petebat umbram, sed potius lucem meridianam: indica mihi, ubi cubet in meridie: Optabat enim sponsum in seipso videre. De Ponte hic Exh. 26. §. 4.

Ecce tu semper mecum es; & omnia mea tua sunt. Luc. 15. 31. S. Chrysol. f. 4. hoc est dicere: parere illum reddisse patri; perire patri, filium suscipere: nec ille aliud, quàm patrem quæsit; qui veniens non filii, sed mercenarii, loco voluit collocai. Sint tibi omnia; illi sufficit pater.

Nolite diligere Mundum. 1. Jo. 2. 15. Fuge creaturas, si vis habere Creatorem: Omnis creatura vilificat, ut Creator in corde dulcescat. S. August. hic Sylveira in Luc. 15. 31.

Serò te amavi, pulchritudo tam antiqua, & tam nova; serò te amavi! Ecce intus eras; & ego foris; & ibi te quærebam; & in terra formosa, quæ fecisti, desolamini irucebam. Mecum eras; & tecum non eram. Ea me tenebant longe à te; quæ, si in te non essent, non essent. Id Confess. l. 10. c. 27.

Non tibi ita placet, quod fecit; ut recedas ab eo, qui fecit. Sed si amas, quod fecit; multo magis eum, qui fecit. Si pulchra sunt, quæ fecit; quanto magis pulchrior est, qui fecit. Id. in Pf. 148.

Miscellanea.

Cæcus secus viam mendicans. Luc. 18. 35. Clara est emigres hominis positi in hujus vitæ via. An non mendicant homines? voluptates, divitias, honores, à cibo, pecunia, agro, ædibus, vestis; à terra, aere? Nulla dies est, qua non à creatura miserimus homo mendicet. Et, cum ita egens sit, quid accipiat? cœcus non videt. Quæ putat munera, ludibria træpe sunt; & unde multum credit, vacuum remanet. Goliath r. Reg. 17. 51. in semel ac-

cipit; putat defensionem suam accipere: finietur vita ejus, & patebit; non defensionem, sed mortem accepisse. Bæza t. 2. l. 10. cap. 4. hic.

Inspice cœtera infra te; & vidi, nec omnino esse, nec omnino non esse. Esse quidem, quoniam abs te sunt; non esse autem, quoniam id, quod es, non sunt: id enim verè est, quod incommutabiliter manet. S. Aug. Conf. l. 7. c. 11.

Omnia creatura, velit, nolit, uni DEO, & Domino suo subjecta est. S. Aug. l. de agone Chrill. c. 7.

Vide plura tit. Mundus. Terrena. Vanitas.

TITULUS XLII.

CRUCIFIXUS.

§. I.

Figure, & Symbola.

Ex Veteri.

Lignum vite in medio paradisi. Gen. 2. 9. Lignum vitæ est Christus; lignum mortis diabolus. Vis videre ejus (Christi) fructum, quem dedit in tempore suo? vide eum Crucifixum, & latus ejus compunctum. Speciosus est, ut malum; suavis est, ut vinum; fructifer, ut olea fructu abundans, ut palma; maturus, ut botrus; gultate, & videte. S. Chryl. in Pf. 1. Sic ut cor, quod est medium vivifici caloris, mediatus spiritibus, influit vitam in cætera membra animalis; sic Christus crucifixus in medio latroium, qui est lignum vitæ, plantatum in medio paradisi; id est, Ecclesiæ, mediatus sacramentis influit vitam in alia membra corporis mystici. S. Bonav. l. 1. D. 3. adv.

Cornibus haren ariet, Gen. 22. 13. Crucifixus Dominum significabat; vepres autem spinæ sunt. Spinæ iniquos, & peccatores significant; qui suspenduntur Dominum in cruce. S. Idorus in Gen. cap. 18. Dum lignorum congeriem cernis, crucem mihi animadvertet: Dum ignem speculatis, aurorem, & desiderium mihi cogitatione complectere; dum aram cogitas, Calvariam mihi perpende. Sanctus Ephrem in Abraham, & Isaac.

Dominus videt. Gen. 22. 14. Hebr. Videbitur, id est, apparebit, luceretur. S. Ambr. Euch. Varab. sic exponunt, quasi hæc sit propheta de Christo; q. d. in monte Dominum visibilibus id est, Christus D. apparebit in monte hoc; cum in eo crucifigetur. Corn. hic.

Lapis Jacob. Gen. 28. 11. Figura Crucifixi, ut volunt Interpp. Primo describitur jacens lapis, & capiti dormientis suppositus; & post somnum erectus: ut in positione passio, in erectione resurrectio Domini præmonstraretur. Nadasi anno Crucifixi. Dominus scilicet iniussu præstantium suæ Majestatis, & mysterium DEI crucifixi, apertè designat. S. Thom. hic.

Joseph. Gen. 40. 21. 22. Christi Crucifixi figura, innocens in carcere inclusus, cum duobus Pharaonis ministris, qui in Dominum suum peccaverunt; quorum unus servatus est à morte, alter illam non evasit. Sic Christus inter duos latrones. Nadasi anno Crucif.

Adam, & videbo visionem hanc magnam. Ex. 3. 5. Non minor mihi, credite, est visio, aut minus prodigiola: eum den DEUM in deserto Calvarie Crucif. affixum, spinæ redimitum ferto, manus illius clavis perforatas, faciem livore, ac sanguine, oppletam, corpus vulneribus lacertum, lanceaque latus apertum, habentem cernere. Bessius. D. Quinq.

Quod agnus Paschalis assari juberetur. Ex. 12. 9. crucifigendum Christum significavit: siquidem agnus in cruce formam expansus affabatur. Novarinus Agn. Euch. Mysterium solemnis sacrificii: quo in Pasche Festo maclatur agnus ex oraculo, figura Christi erat; cujus sanguine Fideles fressi ungunt domos suas, id est, semetipsos. S. Justin. M. Colloq. cum Tryphone Judæo.

Secus affum igni. Ex. 12. 9. Allegorica, & potissima causa fuit; ut affus agnus significaret Christum amore nostri in cruce rostum: Nam agnus in cruce formam affabatur. Corn. hic.

Cumque levaret manus Moyses. Ex. 17. 11. præferebat typum ejus, qui crucifixus est pro nobis. Declarata est igitur sub illa figura vis ipsius veritatis: quemadmodum enim servo extendente manus cecidit Amalech; ita, cum Dominus manus extendit, dissoluta est acies diaboli. B. Theodoret. q. 34.

Racemus ex ligno dependens Num. 13. 24. quoniam alius erit, quam is, qui in novissimis sæculis ex ligno pendit: cujus sanguis potus factus est credentibus salutaris. S. Greg. Nyss. lib. de vita Moylis. Botrus in phalanga suspensus, in cruce Christus appensus offenditur. S. Maximus hom. 1. in Natali S. Cypri. Ep. M. Quod ligno portatur, Crucifixum significat. S. Prosper parte 1. cap. 8. Botrus in veste, Christus est in cruce. S. Rupert. lib. 10. in Matth.

Petra perans aquam vomuit Num. 20. 11. quæ Christum significat:



ficut: percussus enim Christus in cruce stentibus gratiæ lavacrum effudit. V. Beda in Ex. 17.

serpens ligno in penis. Num. 21. 8. Typus, & umbra fuit Christi pro salute nostra in cruce pendens: sicut ipse exponit in Evangelio Joannis 3. 14. Sicut Moyses exaltauit serpentem &c. Vide figuram, & confer cum veritate. Illic serpentis similitudo formam quidem habebat bestie; venenum autem non habuit: ita & hoc loco homo Dominus; sed à peccati veneno liber: in similitudine carnis peccati venit; hoc est, in similitudine carnis peccato obnoxia, quæ minime caro peccati esset. Thophylactus in Jo. 3. Assimilat seipsum Iesum in cruce serpenti aëneo in ligno pendenti; eò quòd caro ejus non caro peccati; sed similis carni peccati erat: sicut serpens aëneus non venenosus, sed similis venenofo animali erat. Cajet. in cap. 3. Jo. Serpens aëneus figura Crucifixi. Si quis sentit se morderi à serpente Leviathan per superbiam: si vult curari, respiciat CHRISTUM humiliter in cruce pendentem. Si à serpente Mamma per avaritiam; respice CHRISTUM nudum, & pauperem. Si à morsu Serpentis Daalberith; respice cruciatum Christum in cruce. Si à morsu serpentis Beelphegor per gulam; respice stinentem. Si à morsu serpentis Daalberith; respice orantem pro crucifixis. Si à serpente Astaroth per acediam; respice orantem in cruce. Si à invidia; respice amore noltri crucifixum. Sanct. Vinc. Ferr. serm. 2. fer. 4. post Ramos. Ad aspectum serpenti aënei in palo levati, idest, Christi in cruce affixi, fanabantur, qui percussii erant à serpentibus, idest, carnis delectationibus. Hugo Card. in Pl. 15.

Sicut aquila provocans. Deut. 32. 11. Expandit alas suas in cruce Dom. Iesus, ut scapulis suis te umbrare, & onus omnium suscipere peccatorum. Arctonus in Isia 1. Disc. 5.

David tollebat cibaram. 1. Reg. 16. 23. Non propter cibaram recessit spiritus malus à Saul, sed mysterium in cibara designabatur. In cibara est lignum, & chorda: lignum est crux Christi, chorda tenfa, caro Christi est in cruce extensa. Unde citharizare, est Christum passum predicare; quod cum audit diabolus, multum expavescit. Hugo Card. hic.

Funda fecit. 1. Reg. 17. 49. idest, per charitatem; manus in cruce extendit, ut unum lapidem jaceret: ut una, & sola fide, sine Legis operibus, diabolum prosterneret. Sanctus Rupert. hic.

Et erit tamquam lignum. Pl. 1. 3. Bene, ut arbitror, ligno fructifero comparatus est Dominus Christus, propter crucem, quam pro hominum salute suscepit. Quæ merito lignum vitæ dicitur; quando ibi & Dominus Christus, qui est vita nostra, suspensus est; & latronis in eadem confidenti dictum est: amen dico tibi, hæc noctem eris in paradiso. Calist. hic.

Cantate Domino canticum novum. Psalm. 97. 1. Canticum novum est Filius Dei crucifixus, quod nunquam auditum fuerat. S. Hier. hic.

Sacrificium vesperinum. Pl. 140. 2. Sacrificium Christi in cruce. S. Vinc. Ferr. f. 6. D. 5. Trin. 1.

Sicut malus inter ligna sylvarum. Cant. 2. 3. Ad hæc humanum æterni verbi characterem eidem malo inter ligna versanti comparat, ligno crucis appendentem, tamquam malum suavissime redolentem. Philo Carpath. hic. Arab. sicut malum Puniceum. Apollis, & Bellus, hic accipiunt malum granatum; ex quo succus rubens, & aquens, exprimitur: Sicut ex latere Christi in cruce manavit sanguis, & aqua. Malus inter ligna sylvarum, est Christus crucifixus in medio latronum, ait Theodoret. Rupert. Bernardus. Corn. hic.

Lava eius sub capite meo. Cant. 2. 6. Ipse est lava Christus Iesus; & hic crucifixus: nam Dextra quidem Christus Iesus, & hic gloriosus. S. Bernard. f. 4. in Vigil. Nat. Dom.

Manus illius tortuosas. Cant. 5. 14. Tunc manus Christi tortuosas factæ sunt, cum eas pro salute nostra crudelissimis clavis in vice ligno perforatas extendit. Philo Carpath. hic.

Mittamus lignum in panem ejus. Jer. 11. 19. Lignum in panem mittere, est confingendo ejus corpori stipitem crucis adhibere. S. Greg. mir. l. 3. e. 11.

Caelabo iurpsum ejus. Zach. 3. 9. Hier. istum lapidem clavis crucis, & lancea militis, faciam vulnerari.

Ex Patribus.

Christus sicut uvæ pendit in ligno. S. Ambr. in Luc. 23. Nobis expandit manus suas Iesus, ut totum Mundum obumbraret. Quomodo non sumus in umbra, qui crucis ejus protegi mur velamento? Quomodo non sumus in umbra, quos Christus crucifixus à malignitate sæculi, & corporis ardore, defendit? S. Ambr. in Pl. 118. Oct. 3. sub initium. Erat medius Salvator, tanquam flatera veritatis: animum elevans contentem, & alterum blasphematem condemnans. S. Chryl. t. 6. or. de annulat. & pietat.

In Crucis candelabro tamquam Sol respicendit. S. Chroasti conc. in c. 5. Marth.

Cithara tibi factus est sponsus, cruce habente formam ligni, corpore autem suo vicem suppleta chordarum per ligni plantium extensarum. Nam nisi ligno affigeretur expansus,

neatiquam verborum sonum ederet, tamquam citharizans, quibus amplius delectaretis. Observa diligentius. Septem choras habet cithara. Cantat tibi, ludit tibi; te audiendum invitat; quæ illam, ad loquendum potius debueras invitare. S. Bern. tr. de Pass. D. c. 8.

Christus in cruce tamquam botrus in torculari compressus, per vulnera sui floridi corporis odoriferum liquorem expressit, omnium morborum sanativum, & saluti sufficientissimum. S. Bonav. f. 1. infra Oct. Nat. D.

Tunc, quando multum amorosi Iesu in torculari crucis exprimebatur, quo totus orbis erat inebriandus; non debuit quasi in parvo cyatho propinare latroni: sed tota operatio mentis lux in torculari cordis Iesu, quasi fenumensura demergi. Unde non puto istum latronem nisi inter sublimes Dei principes collocandum. S. Bernardinus t. 1. p. 2. a. 1.

S. II.

Crucifixus est Rex.

Uxoriturque enim in Gibon. 3. Reg. 1. 45. Mons hic vicinus monti Calvarie; in quo Crucifixus regnavit à ligno Dux. Pl. 95. 10. ut ex Sept. cant. Ecclesia. Unde in cruce hunc ei Pilatus titulum dedit: J. N. R. J. Hoc ergo Christi esse nascituri regnum præfiguravit hic Salomon unctus in Ghon. Corn. hic.

si Rex Israel est, descendat de cruce. Matth. 27. 42. S. Bern. f. 1. in die Pasche: o stulti! immò quia Rex Israel est, titulum regni non deserat, virgam imperii non deponat; cuius imperium super humerum ejus. De Castillo III. 56.

Nolunt hæc regnare super nos. Luc. 19. 14. Perverfi, & fallaces etiam Christiani, terrenis rebus illecti, hujus vite labentis anœtationibus delectati, nolunt regi à Crucifixo Rege; nè motus carnis cruci penalitatis affigat, & cruce pauperatis divitias tollat; & auteratur honores patibulo vilitatis; & cogat patienter omnia mala ferre utique ad ignominiam mortis. Sim. Call. l. 6. cap. 29.

Fugit Christus. Jo. 6. 15. cum à turba satiatia in deserto quæretur ad regnum. Sed in horro comprehensores non fugit dicens: quem queritis? Jo. 18. 4. Ideo hic non fugit, quia præparatur ad crucem, & qua erat regnaturus. In deserto ad regnum quærebat, sed sine cruce. Noluit regnare absque crucis gloria ignominia. Id. ib.

Iesus Nazareus Rex Judæorum. Jo. 19. Novus Rex, nova lex; novus dux, nova lux. Fractis prioribus tabulis, & sillice ad sillicem communito, novis subscriptionibus sigæ titulum; & dicitur penguus, & discernit omnia charitas. Scribitur tribus linguis integris, Hebraica, Latina, & Græca, Regnum Christi, & dominatio ejus emanatura in Gentes, Crucis inscriptur; nec corrupere Pilatus, quod scripserat, voluit. Jam ad hæc Scripturam Latro crucifixus pertinebat, & cum intrà se ille litteræ colligebant. Arnoldus Carn. tr. de ult. verb. Chr.

Vide plura titulo Crux.

S. III.

Crucifixi in nos amor.

Num. I.

Figura, & symbola.

In misit Dominus Deus soperem in Adam. Gen. 2. 21. Immisit & in seipsum, factus nimirum secundus Adam. Sanè soperem Christi solius charitatis fuisse nemo dubitat. S. Bern. ser. 2. in Septuag.

In holocaustum. Gen. 22. 3. Careti Sancti dicuntur sacrificia; quia partim pro se passii sunt: sed dicitur Christus holocaustum; quia nihil pro se, sed pronobis totus incensus est. Hugo Card. hic.

Super unum mortuum. Ib. iste mons est charitas; super quem totum negotium Incarnationis, Predicationis, Passionis, consummatum est. Id. ib.

Ordinavit in me charitatem. Cant. 2. 4. Hebr. vexillum ejus super me charitas. Porro vexillum charitatis Christi, est vexillum Crucis: in cruce enim invictam, & summam, charitatem, tum erga Deum, tum erga homines, Christus ostendit; unde per eam de peccato, morte, diabolo, & inferno, triumphavit. Cornel. hic.

Num. II.

Magnitudo amoris, & vehementia!

Extendi manus meas. Prov. 1. 24. Extensio manus, signum est summi amoris, desiderii; quò Deus, & sapientia, homines omnes expansis charitatis brachiis complecti, stringere, sibi que unire fatagunt. Hæc de causa Christus in cruce brachia extendit: ut iis totum Mundum amantissimo complecteretur: imò extendit manus, quasi rogans, & obsecrans; ut ad eum accedamus. Beda hic. Apud Corn. hic.

Lava lapis erat aperit. Jo. 19. 34. Novimus moderamen Spiritus Sanctus in prolacione hujus Evangelizæ, ut sic proferret: unum milium. Et, ut aperto latere cognoscamus dilectionem cordis usque ad mortem; & ad illum ineffabilem amorem ejus ingrediamur, quò ille processit ad nos. Et accedamus ad cor ejus, cor altum, cor secretum, cor omnia cogitans, cor omnia sciens, cor omnia diligens; & per apertam portam fiamus saltè in amoris vehementia cordiformes. Proinde sibi ad negligentiam computet, qui non ingreditur; si apertum novit introitum. Sim. Call. l. 13.

Accepit angelus thuribulum, & implavit illud de igne altaris, & misit inteream. Apoc. 8. 5. Quid per hunc angelum, nisi angelum magni consilii Christus: cujus cor, propter ardentissimum charitatis amorem, thuribulo ignis carbonibus pleno comparatur. Altare verò in quatuor cornibus in se distinctum, est sancta Crux, plena igne suæ ardentissime charitatis. Ex hoc altari Crucis, & meritis ejus, acceptus angelus ignem; & in die Pentecostes implavit thuribulum, idest, Apostolicum cœtum atque misit in terram; quando in omnem terram exiit Jovus eorum. S. Bernardinus t. 2. ser. 56.

Quàm indebita miseratio! quàm gratuita, & sic probata dilectio! quàm inopinata dignatio! quàm suspenda dulcedo! quàm invieta consuetudo Regem gloriæ pro despiciatissimo vernaculo, imò vernaculo, crucifixi! S. Bern. f. de quadruplici debito.

Immortalis pro mortalibus mortuus est, innocens pro reis occisus, iustus pro peccatoribus interemptus est. Unde cognoscitur, quantum præstabit interventus est. Tandem peccatoribus prædicit. Tantum in te Christi amorem quo amore Christiane pensabis? quidquid in ejus obsequium erogaveris, parum est: quidquid in ejus servitium impendens, minus est. Nec si animam dederis, aut sanguinem fuderis, compensabis. S. Chrysol. hom. 2. in Joan. 15. 14.

Latitudinem charitatis Christus etiam inter supplicia commendans in eo; quòd expansis manibus; elevataque lava, & dextera, inter latrones se medium exhibebat; volebat intelligi, mune illud esse beneficium; & non solum bonis, sed & impiis, quòd agebatur, proficere. Arnold. tr. de Verb. D.

Num. I I I.

Feritudo amoris Crucifixi, causa mortis.

Vulnerasti cor meum. Cant. 4. 9. Idest: tuo amore fecisti, ut ego in cruce vulnerarer. S. Thom. hic.

Fortis, ut mors. A. H. Cant. 8. 6. In tantum dilexi te, ut mori voluerim pro te. S. Justus Orgel. hic.

Cornua in manibus ejus. Hab. 3. 4. Myrtice: cornua Christi sunt crux, seu fortitudo crucis; qua superavit demones, omnesque hostes. Tropol. hæc cornua fuerunt virtutes Christi, præsertim fortissima ejus charitas. Hinc Sept. verum: eterna in manibus eius, & postea dilectionem voluntariam fovendit sui. Theodoret. Thophyl. verumem Sept. sic explicavit: dum Christus natus, & passus est pro nobis, ostendit nobis robustum suum amorem. Passus enim non est ex infirmitate, sed ex valida dilectione; ita ut fortitudo, & robur ejus, fuerit dilectio; ac vicissim dilectio illi fuerit fortitudo; ad labores, & dolores, immenso generose sustinentes. Aut ut alii: postea dilectionem robustam fovendit sui: idest, juxta mensuram immensam amoris, admissit est Deus Pater Filio potentie suæ vim; quam, tum ad ejus angores, labores, & dolores immensos, generose sperandos; tum ad ejus exaltationem, & gloriam immensam in Resurrectione, & Ascensione in cœlum, ostendam adhiberet, & exerceret. Ubi enim amor est machina, prima sperari potest elevatio ponderum etiam maximorum! S. August. amor meus, pondus meum; sèd feror, quocumque feror. Corn. hic.

Sic Deus dilexit Mundum. Jo. 3. 16. Cur Christus D. hic cum Nicodemo agit de amore; quia superiori versu 14. egerat de sua exaltatione in cruce? Et mirabundus Nicodemus dicere poterat: quomodo, si Filius es, permittit Deus Filium suum suspendi? Occurrit Christus: hoc Deum permittitur ob nimiam suam charitatem q. d. nè mireris, quòd Filius Dei sit crucifigendus; quia sic Deus dilexit Mundum. Sylv. hic q. 40.

Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis. Ephes. 5. 2. Tangitur causa originalis, atque motiva, quæ Christum induxit, inflamavit, ac movit, ad sustinendam amarissimam, & ac fatiserrimam, mortem pro nobis; cum dicitur: Christus dilexit nos. Christus quippe, ex summa, gratuita, atque purissima, dilectione sua ad nos, voluit pati pro nobis. Dion. Carth. in Luc. 21.

Princeps regnum terra qui dilexit nos. Apoc. 1. 5. Nota seriem textus: princeps regnum terra, qui dilexit nos. Acti proprium regis fit, suos intime diligere, ac pro eis mori. S. Chryl. l. 6. de Pass. participio subjunctis, pro servis in omni, insigne est charitatis immenise documentum; singulari hoc est amoris argumentum. Rich. à S.

Vidit hic: quia dilexit nos, ideo lavit nos; non enim lavisset, nisi dilexisset. Sylv. hic.

Ex Patribus, & aliis.

Usque ad mortem Christum duxit dilectio; & resurgens à mortuis charos habet. S. Cypr. de Bapt. Christi. Attendite, inquit, & videte: si est dolor, sicut dolor meus. Th. 1. 12. Inò: Domine, attendam, & video; si est amor, sicut amor tuus. S. Bonav. sim. am. c. 6.

Hic maxime apparet illa charitas ejus, quæ corda nostra totaliter deberet concremare. S. Bonav. Medit. vitæ Christi c. 74. de Passione.

Nullum ferrum eum in cruce tenuisset; nisi charitas affuisset. S. Laur. Just. de Charit. c. 6.

Nullam in te video causam mortis, nisi superabundantiam charitatis. Id. de incend. div. amor. c. 2.

Nunquam aliquis homo cum tanto ardore amavit aliquam mulierem, sicut Christus humanam naturam; pro ejus amore recepit clenodium in veste humanitatis, scilicet quique vulnera, quasi quinquæ Stellas; quæ voluit retinere post resurrectionem. Unde si aliquis interrogaret: Domine, amore ejus portabis hoc clenodium? responderet: amore philocæptæ mæ. Nullus sustineret amore dilectæ suæ, quòd nomen suum dilectæ scriberetur ferro ignito in carne sua. S. Vinc. Ferr. ser. 3. Dom. in Alb.

Quem non clavi; sed unum ejus in homines diffusus amor, sic tenebat animum. Sim. Call. l. 13. Luc. 23. v.

Dixit consummatum est: significans, in Passione sua impletas esse Prophetias, Scripturas; & quidquid ab æterna veritate, ut pateret, definitum atque præfixum erat. O quot admiranda mysteria, victoriosaque, breve hoc & subtile verbum comprehendit! nam, quidquid æterna Sapientia constituerat; quidquid rigida iustitia pro singulis quibusque exigerat; quidquid charitas amanter poscebat; quidquid ad nostram. Emptionem caræ necessarium; quidquid abolendis debitis nostris erit conducibile; quidquid ad nostras explendas, rescandendaque negligentia conferebat; quidquid ac commodum esse poterat, ad sublimem demonstrandum amorem; quæcumque pro nostra spiritali institutione, atque informatione, desiderare potuissim; quidquid denum congruum erat glorioso nostræ Redemptionis triumpho celebrando: cuncta hæc isthoc sunt determinata verbo; consummatum est. Blossius margar. Spir. cap. 18.

S. I V.

Crucifixi misericordia, & bonitas.

Aperitote manus tuas, omnia implebuntur bonitate. Pl. 103. 28. Per manuum apertionem Christi in cruce extensionem intelligere convenit; per quam omnia impleta sunt bonitate, hoc est, humanitate, ac misericordia; siquidem omne peccati genus Crucis beneficio condonatum est. S. Chryl. hic.

Quæretur videre Jesum. Luc. 19. 3. Noli te extollere; pusillus esto. Zachæus esto. Sed dicturus es: Si Zachæus fuero, præ tu ba non potero videre Jesum. Noli extollit; ascendit lignum, ubi pro te pendit Iesus. Videbis Jesum. S. Aug. de verb. Ap. f. 8. Quæretur Zachæus videre Jesum; quis est? ascendit in arborem, & vidit: quis esset? Sic novus arborem, idest, Crucem, mente, & cogitatione, ascendimus; videbimus, quis sit Iesus; quàm bonus! quàm amant! quàm amandum! Baradius Dom. 17. t. 3. l. 8. c. 20.

Ut possis comprehendere cum omnibus Sanctis; quæ se latendo, & longitudo, & sublimitas, & profunditas. Ep. 3. 18. Quando ista comprehendis? audi Apollonum d. centem tibi. Gal. 6. 14. mihi ab his gloriari, nisi cruce. D. N. J. C. Ibi invenimus & longitudinem &c. His in Apostoli verbis crux quodammodo nobis ante oculos constituta est &c. S. Aug. de verb. Ap. l. 7.

Ex Patribus, & aliis.

Creator hominis homo esse dignatus est. Factus est, quod feceratis nè periret, quem fecerat. Quid hinc misericordie addi poterit? Et tamen addidit. Parum fuit ei, hominem heri; sed voluit etiam ab hominibus reprobari. Parum fuit reprobari; & ex honorari; parum erat ex honorari; & occidi. Sed & hoc parum est; morte crucis. S. Aug. tr. 36. in Jo.

Neque cœlum, neque mare, neque terras, neque rerum omnium creatio; neque aliquid omnino aliquid, ita; ut crux illa venerabilis, Divinæ Bonitatis magnitudinem prædicat. S. Chryl. hom. 25. in ep. 1. ad Timoth.

Pro nobis mortuus est, & non intercedit pro nobis; pro nobis dignatus est crucifigi; & misereri recusat? Sancti. Epitacem de poenit.

O genus humanum expersicere à tuo lethargo; & vide, quia ad Orientem vertit faciem suam Christus; ad meridiem dexteram manum; ad Occidentem plantas pedum sanctorum; ad Septentrionem alteram manum; omnes vocat; omnes desiderat; omnes



omnes visitat, omnes invitat, atque clamans ait, venite ad me...

Quia homo per penitentiam peccatum superare non poterat, nec potest...

S. V.

Crucifixi, beneficentia, & liberalitas.

Ex Veteri, & Novo.

Oriens sol, & occidit, & ad locum suum revertitur. Eccl. 1. 5. Pro, ad locum suum revertitur, Hebr. anhelat, anhelus...

sub umbra illius. Cant. 2. 3. Christus crucifixus ad omnia utilissimum præbet umbram; sed maxime ad protegendum peccatores...

In manibus eius de cruce. Isa. 49. 16. Lyr. idest, ita te habeo in memoria, sicut illud, quod tenebat manu. Novar. El. fac. l. 3.

Ego quasi nutrix Ephraim portavi eos in brachiis meis. Of. 11. 3. Ubi Stephanus cum Mendoza: in brachiis meis in cruce...

Nec accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio, sed super candelabrum. Matth. 5. 15. Lucerna est Christus, candelabrum est Crux...

Dimittit nonaginta novem in deserto. Luc. 15. 4. ut ovem errantem reduceret ad ovile: reportans eam humeris propriis super crucem...

Ex Patribus, & Aliis.

Christus crucifixus, & lac furgentibus, & cibus est proficientibus. S. August. tr. 98. in Joan. Expandit in Cruce manus, ut comprehenderet fines terre...

Paracletum, Electis charismata distribuit. S. Thom. Vill. Conc. de S. Jo. Evang. Cantia extra Jesum Crucifixum generant fastidium, & habent defectum...

An. 1641. Drepani femina pauperissima filio in templo importune panem petenti, Crucifixum ostendit; ab eo panem peteret. Ivis simplici sinceritate parvulus, dixitque Domino: da mihi panem...

S. V. I.

Crucifixus est Philosophia nostra, liber, &c.

Non judicavimus scire aliquid inter vos, nisi Jesum Christum, & hunc crucifixum. 1. Cor. 2. 2. Indubitatum est, non his tam angustis cancellis circumscriptam fuisse scientiam Pauli...

Vidi librum scriptum intus, & foris. Apoc. 5. 1. Christus est Liber, quem Joannes in sua apocalypsis confixit, scriptus intus, & foris.

Hac mea sublimior Philosophia: scire Jesum, & hunc Crucifixum. Non requiro, sicut sponsa, ubi cubet in meridie? quem lætus amplector mea inter ubera commorantem. Non requiro, ubi pascat in meridie? quem intueor Salvatorem in cruce. Sanct. Bernard. c. 43. in Cant.

In tantum infatuata est illa quondam gloriosa Mundana Philosophia, ut innumeris eius Professoribus quotidie fiant ejus irrisores; & ex ejus defensoribus, fiant ejus impugnatores...

Crux illa schola erat: ibi docuit Magister latronem: lignum pendentis cathedra facta est docentis. S. Aug. f. 87. de divers. S. Bonaventura S. Aquinati petenti: è qua bibliotheca illum reconditum thesaurum hausisset, rogantique, ut illa sibi monstraretur, in aliud conclave inducto, atrium oculis Crucifixum ostendens, illam esse bibliothecam suam dixit.

Christus in cruce suspensus Liber est; in quo omnium virtutum perfectiones, omnium contemplationum sublimitates, & quidquid ad salutem pertinet, mirabiliter, ineffabiliter, & supernaturaliter leguntur, dicuntur, replendent. Dion. Carth. c. 26.

Venerunt ad Religionem, literatus unus, alter Læicus. Literatus ob austeritatem de exitu tentatus Socio tentationem aperiens, ab eo ad constantiam solidis rationibus monitus est. Rogatus, ubi hæc didicisset? respondit: se librum habere, in quo omnia hæc didicisset. Qualis hic liber? imaginem ostendit Crucifixi: ecce, inquit, liber meus. Summa Prædic. Passio Christi.

O quam præclarus Liber est Christus pendens in Cruce! Blof. p. 3. c. unico. Hac sit sapientia vestra, fratres, hoc studium, præ cunctis litterarum studiiis eligatis meditari die, ac nocte, Jesum Crucifixum pro omnibus nobis in Cruce immolatum. Tom. Kemp. p. 2. f. 4. ad Novit. O Librum super omnem librum! hunc expedit nocturna verba...

re manu, versare diurna. Hoc sit nostrum Enchiridion, verbum abbreviatum, contempus mundi, Soliloquium, Stimuli divini Amoris. Salmeron tom. 10. tr. 37. de Crucifixo.

S. V. I. I.

Circumstantiæ temporis, quo crucifixus,

SCIT Christus die 25. Martii in utero Virginis conceptus fuit, ita post 33. annos eodem die crucifixus est in æquinoctio verno. Natus vero est 25. Decemb. in solstitio hyberno. Ita S. Aug. f. 18. de civ. c. ult. Chryfost. Tertull. &c. Crucifixus in meridie. S. Joannes enim ait c. 19. 14. erat hora quasi sexta, scilicet ab ortu solis, quæ est in meridie. Dices: Marc. c. 15. 25. ait: erat autem hora tertia, & crucifixus est eum. Resp. erat hora tertia non incipiens, sed finiens. Finis autem horæ tertiæ erat initium sextæ: hæ enim horæ olim apud Judæos, & Romanos, ternas modernas continebant. Porrò eadem die creatum esse Adam, & eadem hora comedisse pomum vetitum, qua Christus in cruce moriens culpam expiavit, multi censent; inter quos Tertull. Corn. in Matth. 27. v. 35. Sexta die homo est conditus, qui & sexta hora de ligno comedit. Qua igitur hora Dominus hominem condidit, eadem & lapidum curavit. Sexta die, & sexta hora, crucifixus est. Theophylact. in Matth. 27.

Gras vobis erit salus, cum incaluerit sol. 1. Reg. 11. 9. Significat illud meridianum tempus, quo Christus D. in Crucem actus salutem humani generis operatus est, & calidiores radios in terram vibravit. Non sine mysterio Nehemias urbis circumfodibus præcepit: non aperiantur portæ Jerusalem, usque ad castrum solis. 2. Esd. 7. 3. ut significaret, non esse portas cœli referendas, priusquam Christus D. crucem subiret, & amoris igne incalcesceret. Mendoza in 1. Reg. 11. v. 9.

Inmisit Dominus pestilentiam in Israel de mane usque ad tempus constitentium. 2. Reg. 24. 15. Sept. de mane usque ad horam prandii, sequuntur hæc lectionem Orig. Theodoret. Ambr. Hora prandii erat hora sexta, seu meridiana. Ubi sol incaluit, ira angeli refrigit: nam miserus est Dominus. Illa hora figurabat illum meridiem, in qua Christus crucifixus, divinæ justitiæ ardore refrigit. Id. ib.

Judica mihi, quem diligit anima mea, ubi pascas, ubi cubes in meridie? Cant. 1. 6. Per meridiem Christi accipere crucifixionem; in meridie enim crucifixus est. Et Crux Christi Ecclesiæ, ac Fidelibus, contra omnes persecutiones, & tribulationes, æstus, certum, fiduciam, præstat umbraculum. Aurora ergo vite Christi fuit in nativitate, dies in Prædicatione, merides in Cruce, vespere in sepulchro. Ita Phlo Carpathius apud Corn. hic. Circire postquam, Domine, cœlum, & terram, & mare, & aridam; & nusquam te inveniam, nisi tantum in Cruce: ibi dormis, ibi pascis, ibi cubas, in meridie. Drogo Orl. de Sacr. Dom. Pass.

S. V. I. I.

Circumstantiæ loci, in quo Crucifixus,

IN terram visionis. Gen. 22. 2. Hebr. vade in terra Moria. Mons Moria est mons Sion, in quo Salomon ædificavit templum. Moria cum Oleario deduci potest à radice morar, idest, amarus fuit; vel à mor, idest, myrrha: quia mons Moria ferax est myrræ, aloës, & cinnamomi. Pagninus, & ex eo Baradius. 2. l. 3. cap. 11. Moria dicitur quasi mari; id est, myrrha mea; & jab, idest, Deus: quasi diceret: myrrha mea Deus. Cald. vertit: vade in terram dreinaculus, &c. Nota: mons Moria in plures colles, & monticulos, fuit divisus: in Orientali enim parte montis Moria fuit Sion; alia pars Moria extra Jerusalem mansit, posteaque dicta est mons Calvaria. Aug. lib. 16. de Civ. c. 32. Hieron. scripsit, se certissime à Senioribus Judæorum cognovisse: quod ibi immolatus sit Isaac, & Adam sepultus, ubi postea Christus crucifixus est. Cornel. hic. Idem habet Beda de locis sanctis c. 2.

Ista est Jerusalem; in medio gentium posui eam. Ezech. 5. 5. S. Cyrill. Jer. Catech. 13. medium terræ est Gogoltha. Non meus est sermo; Propheta dicit: operatus est salutem in medio terra. Pf. 73. 12. S. Chryf. hom. de Cruce, & latrone: nè putares, pro Judaica tantum plebe oblatum Christum; ideo foras civitatem, id est, foras muros, ut scias Sacrificium esse commune. S. Leo f. 9. de Pass. ut Crux Christi non templi ara esset, sed Mundi. Sylveir. in Matth. 27.

Erant autem in loco, ubi crucifixus est hortus. Jo. 19. 41. Præcantavit in Cantibus de hoc hortu ad sponsam, hæc dicens ad illam: Veni in hortum meum, sicut mea sponsa. Cant. 5. 1. Et quid accipis illic? messis myrrham meam; vinum myrrham bibens, & acetum. S. Cyrill. Jerof. Catech. 13.

S. I. X.

Crucifixi dolores.

Num. I.

De Clavis.

Manus illius plena hyacinthis. Cant. 5. 14. Hyacinthus flos coloris purpurei. Manus Domini plena hyacinthis: quia in cruce clavis perforata; & ruborem sanguinis illius quasi colore purpureo respersa fuit. S. Thom. in Cant. hic.

Erant tibi compedes ejus in profectionem. Eccl. 6. 30. Verosimile est, Christum non tantum clavis, sed etiam funibus, cruci fuisse adstrictum. Clavi enim manuum, & pedum, non potuissent soli tantam corporis molem sustinere. Et hinc hi è Jerusalem Romam à S. Helena delati, servantur in ejus palatio, nunc templo S. Crucis in Jerusalem: ubi habet programma Sacello ejus subterraneo præfixum. Corn. hic.

Quærit Helena clavos, quibus crucifixus est Dominus, & invenit. De uno clavo frans fieri præcepit, de altero diademata intexit: unum ad decorem, alterum ad devotionem, vertit. Clavum crucis ejus diademati vult præferunt Imperatores. S. Ambrosius or. de Exitu Thodossi.

Refert Landbergius de Passione: viro pio fuisse revelatum, Christi pedes 36. mallei icibus fuisse cruci affixos: ex quo conjice, quantum fuerit dolor: nam quovis icu clavus magis rumpebat carnes, arterias, & nervos. Corn. in Matth.

Num. I. I.

Varia de doloribus.

Sustinui, qui simul contristeretur, & non fuit; & qui consolaretur, & non invenit. Psalm. 68. 21. & dederunt in esum meam fel. Hoc ipsum, quod non inveni, qui sic ul contristeretur, hoc fuit fel meum: hoc mihi animum; hoc acetum fuit. Sanct. August. hic.

Astritus est propter scelera nostra. Il. 53. 5. Quod accidit Jerichuntam eunti à latronibus percussio Luc. 10. 33. contingit faucio Christo. Plures præterea, unus miseretur, & compatitur. Oliv. r. 1. con. 21. de Pass.

O vos omnes, qui transitis per viam. Thr. 1. 12. Ethicus ait: pulsus doloris est amor. Ut scias, quanta sit febris, & calor: tangis pulsum. Ut scias, quomodo fuerit Christi cogita, quantum fuerit amor erga omnes. Corn. hic.

Deus meus! Deus meus! ut quid dereliquisti me? Matt h. 27. 46. Dicit Christus, se à Deo derelictum: non quod privatus esset gratia, vel gloria; sed quia tam graviter patiebatur, acsi peccator, & à Deo contemptus fuisset; & quia voluntati imperium expositus erat; & quia nulla tunc se habet redundantia consolationis, & alleviationis, à superiori parte animæ Christi in partem ejus inferiorem. Sic autem non fuit in beatis Martyribus: quorum multi tempore sue passionis tantam in anima fererent dejectionem, ut vix perciperent exterioriorem dolorem. Dion. Carth. in Matth. c. 27. Derelictus est Christus à Patre per privationem, scilicet Spiritualium consolationum. Nam cum in ceteris Dei Electis, pro suo honore certantibus, & patientibus; influxus divini dulcoris, quasi totam supportaretur; & temperaverit, vehementiam illati doloris. Solus ipse Jesus, quantum ad hoc, est præter ceteros in passionibus derelictus; ita ut nulla gaudii, & dulcoris, redundantia fieret ab habitu, & actu sue gloriæ in naturam, quæ patiebatur, sic quod mitigaret passionis acerbiteriam. S. Bernardinus p. 2. art. 1.

Clamans voce magna. Matth. 27. 50. Quanto dolore, quantoque amore, de nequam Sæculo recedebat, quem Mundus nullo pacto cognovit! Sim. Cass. l. 13. hic.

S. Catharina Senensis dicebat: maximum dolorem, quem Christus sensit in Cruce, fuisse in pectore; scilicet in extensione, indeque consequente disjunctione ossium pectoris: idque te experientia didicisse, cum à Christo omnium ejus dolorem particeps facta, Cornel. in Matth. 27. v. 35.

S. X.

De inclinatione capitis. Joan. 19.

Salvator noster caput inclinavit in morte, ut oscula daret suis dilectis. Toties eum osculamur, quoties in ejus amore compungimur. S. Aug. in Manuali c. 23.

Consummatum est, & inclinatio capitis tradidit spiritum. Jo. 19. Quæ connexio inter hæc duo. Vidit Christus post liberatum acetum, nihil jam superesse ad generis humani remedium; ideo ait, consummatum est. q. d. omnia prædicta à Prophetis impleta sunt: omnia, quæ pati oportebat pro salute hominum, & mortem vocans; nihil restat, nisi mors. Inclinat ergo caput, mortem vocans; quia præstitit, quidquid præstare poterat. S. August. tr. 119. in Joan. quia nihil remanserat, quod, antequam moreretur, fieri oporteret. Unde sequitur: & inclinatio capitis tradidit spiritum, peractis omnibus; quæ, ut peragerentur, expectabat: tamquam illud,



Ille, qui potestatem habet ponendi animam suam, & iterum resurrexerit eam, De Castillo ill. 31.

Inclinat caput; quasi supra Patris gremium caput reponens. Orig. hom. 87. in Matth.

Caput liquecit ad misericordiam, flexit ad gratiam, inclinavit ad indulgentiam. S. Laur. Just. de agone Chr. c. 20.

Inclinato capite ad istam (B. V.) tradens spiritum, obdormivit. Philipp. Abb. l. 1. in Cant. cap. 25.

Inclinato capite ex parte Matris suae; quasi diceret; per ipsam veniam petite. Hugo Card. hic.

Caput inclinavit in morte; in expiationem erectionis ad vitam: simulque fuisse obedientiam, reverentiam docuit, humilitatem in operibus usquequaque monstravit; cum omni peractio mysterio, inclinato capite expiravit. S. Bernardin. P. 2. f. 55.

Inclinavit in cruce caput: ut ostenderet gravitatem. Consequitur enim homo, praeminio onere aggravatus, suum inclinare caput. Sic Christus aggravatus pondere peccatorum nostrorum, inclinavit caput. Unde 1. Petri 2. peccata nostra ipse perulit in corpore suo super lignum. Inclinavit caput, ut ostenderet, humilitatem esse viam ad gloriam sempiternam. Inclinavit caput, ut ostenderet gravitatem; id est, ut augeret gratiam Deo Patri pro mortis victoria. Solent enim gratias agentes inclinare caput: ejus enim mors mortis nostrae victoria fuit. Sanctus Bernardus 2. lect. 56.

Tradidit spiritum, inclinato capite aeterno Patri, cui commendaverat, ut non solum in corpore, sed & corpore separatus ejus spiritus esset obediens. Etenim decreto Paterno descendit ad limbum, & reversus ad tumulum reanimavit exanimatum. Sim. Cass. l. 13. hic.

Inclinavit caput, tum ad dilectissimam Matrem, tum ad homines universos, tamquam ultimum vultu dicens: extremamque petens copiam discendendi; & osculum pacis offerens. Blofus Margar. spir. cap. 18.

§. X I.

Christi Crucifixi imitatio.

Ex Veteri, & Novo.

Non quid est cor tuum rectum, sicut cor meum cum corde tuo? 4. Reg. 10. 15. Sic Jhu amicium suum quemdam in via reperiens interrogat, cum magnanimus pergeret sumptuosus supplicium de quibusdam idololatri. Id est: dic mihi, numquid idem, quod ego, desideras? ibi enim sumitur cor pro intentione, & desiderio. Cui ille respondit: est. Si est, inquit: da mihi manum tuam: qui dedit ei manum suam, et ille levavit eum ad se in curru. O Divine Jhu I si te interrogo: quod tendis in cruce curru? respondebis: vado ad carnem, peccatumque interdicendum. Eline cor tuum rectum cum corde meo? Ego te ab Inferno liberare, tibi quae caelum adipisci, intendo. Si tu idem intendis; damihi manum tuam; ascende mecum in cruce; labores, sicut ego, patere; teipsum mecum abnege; tolle cruceam tuam; & sequere me. Diez. Conc. 1. in Comm. unius Mar- tyr.

Exclamantes ploraverunt (amici Job) scissimae vestibus sperant pulverem super caput suum. Job 2. 12. Orig. l. 3. Quod fecisti? inquit, d Job? facimus? & quae gestisti? quærimus. Vestimenta nostra scindimus; & terram super capita nostra spargimus; sic namque & tu fecisti ante paululum, & utinam ceteros dolores tuos tecum dividere possimus. Sic discipuli Jhu amici, & amatores, in formam Dilecti transfusi, & sepulsi, se transformantes, terti, ut in sepulchro se condunt, & fixis pedibus pra tristitia tenentur clausi. Per hanc Dominice mortis signata, & stigmata, Dominum ad se trahunt: quia nihil sic regnatorum Jesum allicit, quam ejus mortis imitatio. Baeza l. 5. c. 4. §. 2. Erant clausi propter metum Judaeorum. Jo. 20. 19. Non erat domus illa; sed carcer, sed sepulchrum. Tunc tota ad Discipulos poena Dominice transferat Passionis. Er non solum lateribus corum, sed & cordibus, doloris lancea tota figebatur: tunc tristitia clavus affixa manus eorum, pedesque, tenebantur. S. Chrysol. l. 83.

Fasciculus myrrhae inter vobis. Cant. 1. 12. Sponsi commorantur, cum anima quoque, Deo consecrata, mortem ejus, a quo se redemptam novit, intenta mente, quantum valet, imitari fatagat. V. Beda in Cant. hic.

Sub umbra aliiis. Cant. 2. 3. Ad contemplandum Christum crucifixum si dignè vis accedere cum sponta sub umbra ejus, & cum Maria, sponsalium regina, stare; id est, fortiter te praecingere ad simul patiendum. De Ponte hic.

Surrexit, ut aperiret oculo meo; manus mea sustulerunt myrrham. Cant. 5. 5. Merito, cujus manus sudabant myrrham, hoc est, cujus opera Dominica referrebat mortem, & sepulchrum, exurgit, aperire Dilecto Christo. Veniendum illi certo erat, cum lux mortis imitatore videat. Surr. xi, inquit, aperire; & opera ejus, & facta, mortificata sunt Mundo. Talis enim debet esse anima, quae Verbum est receptura; ut moriatur Mundo, & conspiciatur Christo. Sic enim Christus invenitur; &

tale querit hospitium. S. Ambr. l. de Isaac. cap. 6. Baeza lib. 5. cap. 4. §. 2.

Statua tua affimilata est palma. Cant. 7. 7. Potest per palmam Crux Christi intelligi: palma enim in sublime valde crescens dulcissimos fructus viginit. Et Crux Christi coelestem cibum nobis praeparavit. Sed cur ita Sponsa affimilatur? quia pro Christomorino dubitat, quisquis Christum valde diligens dignè imitatur. S. Greg. in Cant.

Pone me ut signaculum super cor tuum. Cant. 8. 6. Signaculum meum es, ad imaginem, & similitudinem meam es. - Et quia imago Dei in corde tuo est; sit & in operibus tuis. - Ideo cruce ego pro te portavi, ne tu propter me portare dubitares. S. Ambr. in Pf. 118. Ocl. 22. Pone me ut signaculum, dicit Crucifixus sponfus. Primum hominem portasti; qui tibi impressit naturam peccato infectam: porta enim fecundum Zach. 3. 9. calice sculpturam ejus. Pone me cruci affixum; ut imago Crucifixi in corde tuo imprimatur per meditationem; & in brachio per imitationem virtutum Crucis: De Ponte hic Exh. 2. §. 2.

Duos velabant faciem ejus, duobus velabant pedes ejus & duobus velabant. Hic 6. 2. In extensione duarum alarum cruce emformantur; putantes, quod nulla figura, & gestu, gratias possint coram Deo aditare, quam si Christum crucifixum representarent. S. Germanus Constantinop. or. de Cruce: & illi, qui tua gloria, ut in seipso regali afflunt; ubi conformantur; & nova quadam ratione imitatione tui gloriantur; contra quos quidem alii superioribus, & inferioribus; expansis autem utrinque mediis; & in forma Crucis volantes, sine intermissione laudes, & praemia, decantant. Sylv. in Luc. 23. 9. 9.

Ante quorum oculos Jesus Christus praescriptus est. Gal. 3. 1. Genitine praeripus, id est praecaus, veltris scriptus & ut Syrus, pinguedo depilis est in vobis; id est, ante vos, in oculis vestris Christus Crucifixus. Hoc sensu Crucifixus quasi imago, vel liber, proponitur; in quo sanguine literis descriptus, & depictus est ipse Christus. Corn. hic.

Qui sunt Christe, carnem suam crucifixerunt. Gal. 5. 24. Per duos latrones intelliguntur Caro, & Mundus; qui sunt crucifigendi ad hoc, ut spiritus noster in cruce Domino offeratur. Crucifigenda est Caro sicut dexter latio: qui sunt Christi & Mundus ut latio similiter: mibo mundus crucifixus est & Gal. 6. 14. Et tunc Spiritus in medio crucifigitur cum Christo: Corillo confusus san Crucis. Gal. 2. 19. Est autem crux charis, rigor disciplinae, cujus quatuor sunt brachia: scilicet vigilia, abstinencia, asperitas vigiliis, & disciplina verberum. Crux autem, qua Mundus crucifigitur, est paupertas spiritus; cujus quatuor sunt brachia: contemptus gloriae, pecunie, patriae, & parente. Crux Spiritus, est fervor devotionis; cujus quatuor sunt brachia: scilicet amor, spes, timor, dolor. Spes sursum, timor deorsum; amor à dextris, & dolor à sinistris. S. Bonav. in Luc. c. 23.

Ex Patribus, & aliis.

Non tantum tempore pacis congaudeas Crucifixi; verum etiam tempore perfectionis eandem retine fidem. Ne sis tantum tempore pacis Jhu amicus, & tempore belli inimicus. Pro te crucifixus est, qui nihil peccaverat; & tu pro Crucifixi non crucifigeris? S. Cyrill. Jerof. Catech. 13.

Hec dies, in qua Christus pro te mortuus, & crucifixus; & tu morete, & crucifigere. S. Chryl. de poenit. l. 1. de jesuino. Etiam homo ad formam crucis figuratam habet imaginem; ut qui sit ad imaginem CHRISTI crucifixi. Anastasius Sinaita lib. hexam.

Amor absque Cruce, & crux absque amore; nec ratione, nec verbo, nec opere; aliquam meretur laudem. S. Bernardinus 2. ferm. 56.

Dicere possimus: Christum passum, & crucifixum, esse horologium cordium Religiosorum, distinguens horas diei, & noctis. Id. ibi.

O bone, d pie, d dulcis Jhu Christe! nihil aliud à te peto, in via ista; nisi ut sim semper tecum perfectè crucifixus in cruce. S. Laur. Justin. de incend. am. c. 4.

Omnis humilitas depicta est in tabula sanctae Crucis; nulla deest in cruce imago virtutis. Etenim ibi inexistuata paupertas rerum, amorum, & humanae potentiae; inexistuata patientia. Nulla querela ibi auditur; nisi orationes ad Patrem; & benedictiones pro maledictionibus. Vere consummator bonorum Jhu omnem virtutem consummavit. Sim. Cass. l. 4. c. 7.

Quicumque vult perfectè vivere, nihil aliud faciat; nisi quod contentum, quae Christus contempnit in Cruce; & appetat, quae Christus appetit. Nullum enim exemplum virtutis absque Cruce. S. Thom. opus. c. 65.

S. Franciscus Seraph. desiderans summopere scire: quid sibi, ac fratribus suis, maxime conveniret exercere? ac quae devotio Deo maxime placeat? sensit interne se instigare, ut aperiret Missale. Aperuit semel, bis, ter; & semper occurrit: Passio D. N. J. C. Sandae parad. amat. Crucif. centur. 7.

Ro-

Rodensius; five Rosendus Ep. Compstellanus sub annum Christi 990. pro scuto, & insigni tessera, fumpit sibi Crucem; & cujus ab brachio circius, ex altero speculum, pendebat: quò significasse videtur; oportere nos cruce Christi sepius contemplari; in eaque, velut in speculo, nos ipsos; vitamque totam intueri, & despiciere: similem ei, an diffimiles, sumus; tum circini instar, aut regulo, eadem cruce actus omnes nostros dirigere, & metiri. Doultreman l. 2. cap. 2. de amore Sect. 7.

§. XII.

Crucifixus amandus.

Gloriosa, & pia amatrix Magdalena obvios habuit Angelos circa sepulchrum; qui dubio procul locuti sunt illi angelice, id est, suavit. Sed nec ex eorum verbis, esto suavisissimus, nec ex splendore vestimentorum, nec amabili eorum decore, ullam capere potuit contentiam. Et vertens se, vidit dulcem Salvatorem, sed in forma hortulani; qua ejus animo, flagranti desiderio videndi Dominum, minimè satisfactum est; quia scilicet non vult flores, nec consequenter hortulanus: ejus enim animum crux, clavi, spine, occupantur. Unum, unum querit Crucifixum. S. Franc. Salesius tr. de div. am. l. 5. c. 7.

S. Gonsalvus Amaranthus Ord. Prædic. in Lusitania: ut à sacro fonte fuit levatus, praestanti nutrici cum confectum esset traditur, ut à vagibus lactis dulcedine tractu temperaret. Sed ille ubera proferis respiciens, scissis subit ocellis, & verus quondam Christi crucifixi effigiem desixis, lamenti oblitus, & lactis, tenera brachiola eodem inenarrabili jubilo tendebat. Cumque eadem nutrix successu dein temporis cum infante eandem Ecclesiam frequentaret, puerulus in ingressu primo oculis curiosè illam Christi passum imaginem requirebat; vixque ab illius aspectu amabili abstrahi potuit. Kircherus 10. Jan.

A Crucifixi didicit S. Gertrudis, neminem unquam Christi crucifixi imaginem oculis compassionis aspicere, quin ab ipso Crucifixi respiciatur oculo pietatis. Sandae parad. amat. Crucifixum centur. 7.

Martyr Anonymus captus, cum cuidam tyranno ferviret, & gemitibus semper incederet; interrogatus ab eo, cum cur caeteris famulis non gauderet? respondit: Non possum non tristis incedere, quia continuo mortis Dei mei memor in corde meo Crucifixum porto. Irritatus tyrannus; experiar, inquit, num vera sunt, quae dixisti: nec mora, vocato carnifice iussit aperto Martyris pectore cor evelli, & per medium cultro scindi: & ecce in eo imago Crucifixi. Tyrannus cum suis conversis. Thom. Cantipar. l. 1. ap. c. 25.

S. Lydvina crescente morbo consummabatur spiritu; amarum enim illi dulecebat; nec quidquam ei sapiebat, nisi flos Jhu, & hic Crucifixus. Joan. Brugmannus parte 1. vitæ c. 4.

Sit cor nostrum illi gratum pulvinar, quo factum suum caput reclinet. Blof. margar. spir. c. 15.

§. XIII.

Crucifixus honorandus.

Um esset Rex in acubitu suo, nardus mea dedit odorem suum. Cant. 1. 11. Glois. interl. exponit: in acubitu Crucis. Vocat Sponsum Regem, quando illum in throno Crucis positum spectat. Alias illum Dilectum vocat, & alius titulus donat. Tam reverenter illum colit (cum quo alias familiarissime confueverat) cum in Cruce positum cernit; ut alio, quam Regis titulo appellare non audeat. Did. Nyss. die Jovis S. 2.

Non pudeat Cruce Christi conlteri; angeli enim gloriantur dicentes: Jhu quavis Crucifixum. Non potuisti dicere, d Angele! scio, quem queritis, meum Dominum; sed condiderit dicit: scio, quòd Crucifixum: corona enim est crux, & non ignominia. S. Cyrill. Jerof. Catech. 13.

Carolus V. Imp. cum in Africana expeditione vlderet Hispanice nobilitatis, quae plurima cum sequebatur, principes de summa exercitibus praefectura ambiciose anxios, & suspensos animos; ab eorum tunc interrogatus: quem tandem Capitaneum Generalem renuntiaturos esset? sublata coram omnibus Crucifixi statu: hunc, inquit, cujus ego insignis sum. Quae responsio eundem sedavit animos. Doultreman l. 2. c. 2. de amor. sect. 6. Crucifixio.

Pientissima Radegundis Regina. S. Crucis Dominice portione argenteis thecis inclusam venerata, consistit, ut perpetuò lumina accenderentur. Id gratum fuisse Crucifixi, illustri miraculo declaratum. Nam lampadarum lychni non solum non absument oleum, verum etiam perpetuò parturiebant. Ad eam enim exundabat oleum, ut subspecta vasa implerentur ex lampadam redundantibus. Greg. Turon. l. de glor. MM. c. 5.

Pulsus meridiana hora 12. in honorem Crucifixi institutus. Ad quem Ludov. XI. Gall. rex ex equo descendere, & flexo utroque genu, ac capite nudo, patientem Dominum venerari non

R. P. Spanner Poly. Tom. 1.

erubescerat. Imò extimant aliqui, ab hoc Rege meridiana pulvis initium. Canis l. 3. de B. V. c. 3.

§. XIV.

Crucifixi memoria, & meditatio.

Numer. I.

Est dulcis, & deliciofa.

Stipate me malis. Cant. 2. 5. S. Ambr. in Pf. 118. Ocl. 5. per flores, & mala, accipit memoriam, & meditationem Christi Crucifixi. Cornelius hic.

Memoria Jhu in omni ore, quasi mel indulcorabatur ejus memoria; & ut musica in convivio vini. Eccli. 49. 1. 2. Sed longe dulcior in ore, & corde; memoria Jhu Crucifixi. Nadsa ann. Crucif.

Hauritis aquas in gaudio de fontibus Salvatoris. Il. 12. 3. Devotio tenera erga Crucifixum, est cella vinaria, in quam introducit animas sibi tantopere dilectas Rex sponfus. Sandae parad. Cent. 70.

Memoriale ejus (Syr. memoria ejus) ficut vinum Libani. Of. 14. 8. q. d. memoria, & commemoratio Israelis, erit gratissima, & suavissima; uti erat vinum crescens in Libano. Nam hoc praestantissimum fuisse, aequè ac adoratissimum, ex allatu arborum odoratarum, quibus abundat Libanus, docent Geographi terræ sanctæ. Corn. hic.

Lac vobis potum hodi, non escam. 1. Cor. 3. 2. ait enim 1. Cor. 2. 2. numquid dixi, me aliquid inter vos scire, nisi Jesum Christum & hunc Crucifixum? Quia si diceret tantum Jesum Christum, est Jesus Christus etiam secundum Divinitatem; secundum id, quod erat Verbum apud Deum Filius Dei Jesus Christus. Sed hunc, hoc est, hoc modo dictum, parvuli non capiunt. Quomodo ergo capiunt, qui lac capiunt? Jesum Christum, inquit, & hunc Crucifixum. Surge, quod pro te factus est; & cresces ad id, quod est. S. Aug. in Pf. 118.

Sit Jesus Christus tibi semper in corde; & nunquam imago Crucifixi ab animo tuo recedat. Hæc tibi sint cibus, & potus; dulcedo, & gloria tua; mel tuum; & desiderium tuum; lectio tua, & meditatio tua &c. S. Bern. formula honestæ vitæ.

Quid possit amanti animæ esse suavis, quam ut post distractiones, labores, perturbationeque multas; in hac lacrymarum valle illi occurreret, eamque satigaret, sub hac salutifera Crucis umbra respiret, sese reficiat, sensus dispersus colligat, animamque exhaustam delectabili arboris hujus fructu confortet. Blof. margar. spir. c. 15.

S. Franciscus Seraph. viva Crucifixi imago (ita eum appellat author in ep. dedic.) cum nonnunquam videndi facultate privatus, & totos dies in tenebris foderet; quidam à fratribus commiseratione ductus hortabatur eum; ut consolationis ergo juberet, pium aliquem sibi librum prælegit; dixit: Ex Christi patientis memoria tantum se haurire voluptatis; ut, si ad finem usque Mundi vitam sibi protrahendam sciret, haud aliam lectionem, ad jucundissimam animi relaxationem, esset desideraturus. Chronicon Ord. l. 1. c. 103.

Numer. II.

Alia motiva.

Osculetur me osculo oris sui. Cant. 1. 1. Acsi dicat: Tangat me presentia dulcedine unigeniti Filii Redemptoris mei. S. Greg. mor. l. 27. c. 10.

Plantare in horulo memoria vestre arborem S. Crucis, contra omnes mortiferas diaboli suggestiones, medicinam virtuosam proferentem. Hujus enim nobilissima, & felicissima arboris radix est humilitas, & paupertas; cortex labor, & patientia; rami misericordia, & iustitia; folia veritas, & doctrina &c. Hæc est vitis Deifera, oliva fructifera, dulcis succinea; foris aspera, intus mellietum. Thom. Kemp. p. 3. f. 1. ad Novit.

Omnino sicut ille, qui opobalsamum vel leviter contingit, necessario suavem odorem retinet; ita is, qui Passionem Domini cum pie recollit; licet permodico affectu id faciat, non potest non referre augmentum gratiæ divinæ. Sed nec effugium quidem Crucifixi homo Christianus unquam reverenter aspexit, aut aspiciet, sine grandi utilitate. Ex Theologia Germanica Anonymi Equ. Teut. Sacerd. Francofurti.

Magnum est discrimen inter miracula Christi à sua morte parata, & inter ea, quæ in vita operatus est. Nam, dum viveret, agris salutem, mortuisque vitam, præstabat; in ejus verò morte lapides confringebantur, terra tremebat, & sol splendorem suum amittebat; cum è contra humano judicio agendum fieret. Nam cum ejus mors misericordiam culmen, & plenitudinem effert; miracula ab eo tunc facta solatium potius afferre, quam timorem incutere deberent. Ad quòd respondere possimus: signa à Domino Jhu in vita edita talia fuisse, qualia necessitas indigentium tunc exigebat: ita verò sanctissimæ mortis miracula ostendisse,

R. P. Spanner Poly. Tom. 1. & præ



Et prae se tulisse effectus; quos ipse Dominus sua morte fieri in hominibus cupiebat: ut scilicet corda lapidea contererentur, spiritus superbi humilarentur; terrena desideria in celestia mutarentur; ac denique, ut nullus alius Sol, aut Lux, in Mundo esset, quam homines aspicerent; praeterquam Jesus Crucifixus, vera lux, & nitidissimus Sol. Diez amor Dei erga hom.

Mortis Christi multi non recordantur; nisi dum vident mortem propriam. Tunc Crucifixum amplectuntur; cujus, dum viverent, obliviscuntur. Stella de Con. van. p. 2. cap. 84.

Margarita Loharinga, ne in itinere avelleretur ab intuitu Crucifixi, illum locabat secum in lectica. Sand. Crucif. cent. 7.

S. XV.

Crucifixi variae apparitiones.

S. Anct. Francisco in excessu contemplationis, in monte excelso apparuit Seraph. sex alarum in cruce confixus. S. Bonavent. diat. fal. cap. 7.

S. Catharina Senens. post Communionem vidit Dominum Crucifixum magno cum lumine advenientem, & ex ipsius vulnerum cicatricibus quinq; radios ad quinque loca sui corporis descendentes. Nadasi ann. Crucif. & habetur in Brev. Rom. 30. Apr.

Innocentius III. Papa I. 2. de cont. Mundi cap. 43. existimabat, sub arcani Judicii tempus, hominibus tam probis, quam improbis, Christum Crucifixum aspectabilem obversari. Malus videt sibi ad confusionem, ut erubescat, se non esse redemptum sanguine Christi, sua culpa exigente.

S. Berulphi Abb. S. Gudvali corpus cum portaretur, imago Crucifixi inclinato vultu illud venerata, immobilis mansit; neque se reflexit. Boll. 5. Febr.

S. XVI.

Crucifixus est figura externi Judicii. Luc. 23.

U Num à dextera, & alterum à sinistris, Luc. 23. 33. S. Ampr. hic: quia sic erit in die Judicii q. d. per latronem à dextera iusti designantur; & per latronem à sinistris peccatores. Castillo Illat. 110.

Ipse Crux, si attendas, tribunal fuit. In medio enim iudice consistens, unus, qui credidit, liberatus; alius, qui insultavit, damnatus est. Jam significabat, quod facturus est de vivis, & mortuis; alios positurus ad dexteram, alios ad sinistram. S. Aug. tr. 31. in Jo. Cur Christus, cum summa beniguitate redimeret Mundum in Cruce, ibi nobis tremendum ultimi Judicii tribunal objicit: quia memoria illius valde utilis, ut vitam componentes, fructus redemptionis colligamus. Sylv. in Jo. 19. q. 14.

Affixus est cum latronibus duobus, uno ad dexteram, altero ad sinistram, similiter crucifixis. Ut etiam in ipsa patibuli specie monstraretur illa, quae in iudicio ipsius omnium hominum est facienda discretio: cum & salvandorum figuram fides credentis latronis exprimeret; & damnandorum formam blasphemantis impietas pronotaret. S. Leo l. 4. de Pals.

Erat medius Salvator, tamquam statera veritatis; unum elevans consistentem, & alterum condemnans blasphemantem. S. Chryf. or. de amulat.

Ipse Crux, non tantum tormentum iudicatum; sed iudicantis quoque iam quoddam tribunal exitit. S. Rupert. in Jo. 19.

Excipimus ad eum, vel cum eo, in locum, qui dicitur Gogotha; & videamus in humilitate vel poenam iudicati; vel gloriosum, & terribile mysterium iudicaturum. Illic enim ipse duorum latronum medius, alterum à dextris poenitentem susceperat; alterum à sinistris, in nequitia perseverantem, in damnatione reliquit. S. Rupert. in Matth. 26.

Miscellanea.

Clamans voce magna. Math. 27. 50. Quod Christus tantis, & tam diuturnis tormentis excruciat, sanguine exhausto, totoque corpore dissipato, tam fortiter in ipsa expiratione clamavit; fuit penitus supernaturalis, & iudicium potestatis divinae. Dion. Carth. hic.

Petierunt Judaei à Pilato Jo. cap. 19. 31. ut crucifixorum crura frangerentur. Et hoc ipso persuadere volebant omnibus: tantum esse scelus, & facinus Salvatoris, quod in vivo corpore dignè castigari nequiverit; itaque necesse fuerit in corpus defavere extantium. Blof. marg. spir. c. 29.

Quid hoc admirabilis? cernere Deum in Cruce pendentem; & quidem inter latrones. S. Andreas Cret. or. in Crucis exalt.

Ambrosius in quodam sermone ait; Auctor pietatis in Cruce pendens testamentum condidit, singulis opera pietatis distribuens; Apostolis perfectionem; Judaeis corpus, Patri

spiritum, Matti paranympum, latroni paradisum, peccatoribus infernum, & Christianis poenitentibus Crucem. S. Bernardinus t. 2. serm. 56.

Sorte accidit, ut quidam Minores FF. in solo, & suburbis Jerusalem offenderent lilium mira pulchritudinis, & magnitudinis terra exortum; quod praeciderunt. Postea, novo succenti desiderio, de radice inquisiverunt; & effossa terra invenerunt crucem Christo eidem affixo tribus clavibus, cum vulnere lateris ex ipsa radice lilii, divino opificio efformatum. Franch. Quaresimus Ord. Minor. in elucid. terrae S. t. l. 4. c. 1.

Lancius ait apud Doultrem I. 1. c. 1. Venetiis in S. Georgii columnam esse, in qua Christi Crucifixi imago ita graphice à natura marmoris impressa sit, ut peritissimi pictoris opus credi possit.

Reperitur in Palastino solo Musa arbor, seu frutex potidus, cujus fructus quoque Musa dicitur; altitudine fessui hominis, sicut viridi; folia in digitorum modum protensa, adde longa, ut staturam hominis erecti ferè excedant; tam lata verò, ut extensus quispiam facile folio uno cooperiatur. Semel tantum ex uno sicut fructus fert, qui plures in uno botro crescunt, aliquando decem, plerumque viginti; quorum quisque ovi habet magnitudinem; suntque coloris crocei, instar sicuum, odore rosis non asimiles. Saporem quidem dulcissimum, ideoque grati palato; sed stomacho noxii; somnum inducunt, explent cerebrum sumo; satiant multum, ac cito corrumuntur. Sunt, qui fructus huius paradisi poma appellent, in quibus Adam peccavit. Si in articulos concidas, venas in singulis reperies, Crucifixi effigiem utriusque referentes: idèd à quibusdam vocatur fructus mortis. Nierenberg. lib. de miracul. naturis terrae promissæ c. 99.

In urbe Bethis plena Judaeis Christianus quidam iuxta Synagogam centaniam cellulam incolerat, fixitate in Pariete ad lectulum Crucifixum. Migrans post tempus ad spatiosam domum, omnia sua asportavit, Crucifixi oblitos. Successit in eandem cellulam Judaeum imaginem non advertens. Die quodam invitavit alium Judaeum ad prandium; qui inter comedendum advertit illam imaginem; & contra invitamentum excandescens, cum apud summos Sacerdotes accufavit; qui reperta imagine cum multis contumeliis, verberibusque afficienter, extra Synagogam semivivum proiecerunt. Imaginem autem terra alidentes dixerunt ad invicem: quia audivimus, quod patres nostri diversis modis illuserunt, ita & nos huic faciamus. Tunc coeperunt spere in faciem, percutere alapis; post illa crucifixerunt eam acutissimis clavibus, acetum, & fel, praebuerunt; corona spinea, percutientes arundine, lancea latus aperuerunt. Quo facto res mira: nam ipsius vulneris locus aqua, & sanguine illico coepit decurrere. Dixerunt autem principes Sacerdotum: adscatur vas ad locum vulneris, unde sanguis decurreret; quod & factum. Dixerunt autem ad invicem: quoniam Christiani futurant, quod mirabilia laceret in Mundo; accipiamus hunc sanguinem, & deseramus ad nostram Synagogam; & congregemus male habentes, & perungamus eos. Factum: inter primos adductus senex paralyticus in grabato; qui perunctus statim incolumis de grabato exiliens ad propria remeavit. Coeci sanati, & plurimi alii diversis morbis laborantes. Omnes autem principes Sacerdotum, & Seniores, & omnis turba Judaeorum, crederunt in Christum. Sanct. Athanasius Ep. Alexandrinus Relat. miraculi huius.

TITULUS XLIII.

CRUX.

S. I.

Figura, & Symbola.

Ex Veteri, & Novo.

Ordine Alphabetico.

Altare.

Aedificavit altare. Gen. 22. 9. Quid sibi vult ara constructa, nisi Crux in monte porrecta? S. Fulgent. serm. de Abrah. Hac autem omnia figura erant Crucis; propterea & Christus Judaeis dicebat Jo. 8. 56. Abraham pater vester exultavit Cr. Quomodo vidit, qui temporibus praecessit? per figuram, per umbram. Sicut enim hic ovis oblata est pro Isaac; ita & rationalis agnus oblatus est pro Mundo. S. Chryfost. hic hom. 47.

Arbor vita.

Audiens Adam vocem Domini post peccatum, fugit sub arborem vitae Gen. 3. 8. Quae fuga, o Adam! hac est? quod asylum contra iram Dei sub caducis foliis? Ex eo tempore videtur Dominus peccatoribus cognitionem quamdam dedisse; qua perciperet:

Columna ignis.

ter: asylum ab ira Dei optimum fore sub arbore vitae, idest, Cruce. Diez Crux.

Sub arbore mali suscitavi te. Cant. 8. 5. Hac malus salutaris, si ad arborem respicias, Crux est humanae salutis auitrix; in qua salus Mundi, auctorque pendit. Si verò ad pomum ejus, ad fructum suavissimum, atque sanctissimum (de saepe quo diximus) celeste totum, & salutare malum corpus est Jesu Christi. Philo Carpath. hic.

Arbor Zachai.

Noli te extollere; pusillus esto. Zachaeus esto. Sed disturus es: si Zachaeus fuero, prae turba non potero videre Jesum. Noli esse tristis: ascende lignum, ubi pro te pendit Jesus; & videbis Jesum. S. Aug. de verb. Apost. f. 8.

Arca Noe.

Arca Noe est Crux Christi. S. Thom. in Gen. c. 8.

Argentei 300.

Beniamin dedit 300. Argenteos. Gen. 45. 22. Per 300. arg. significatur praedictio Crucis; quae commissa est Paulo praeceteris. Eteccè per 300. arg. Crux designatur praedictio: quia ipse numerus per T. representatur, qui figuram crucis habet. Hugo Card. hic.

Baculus Jacob.

In baculo suo transiit Jordanem. Gen. 32. 10. Crucis typus fuit Patriarchae Jacob virga, cum transiit Jordanem. Andreas Cret. or. 1. de exalt. S. Crux.

Benedictio Jacob.

Jacob moriturus transpositis manibus benedixit nepotibus. Gen. 48. 14. quo Crucis figuram expressit. Merito igitur dicitur: Regnavit in domo Jacob; ubi Crucis figura apparet. qui regnum suum in Cruce, & laboribus, quibus nos redemit, collocavit. Sylv. in Luc. 1. q. 40.

Lignum illud vitae, quod à DEO in paradiso constum est, praecleara Crux figuram gessit. Quoniam enim morti aditus per lignum patuerat, consentaneum erat; ut per lignum quoque vita, & resurrectio, donaretur. Quin Jacob, cum adorato virgae fastigio, cancellatque manibus, filiis Joseph bene precatur, Crucis figuram aperitissime delineavit. Sanct. Jo. Damasc. lib. 4. cap. 12.

Hanc Crucem Patriarcha Jacob, cum permutatas olim manus nepotibus imponeret, symbolice praefignificavit. S. Andr. Carnot. or. in Exalt. Crux.

Crucis mysterium Jacob exhibuit, quando juniore Ephraim, Manasse primogenito praefertens, in modum Crucis super eos brachia permutavit. S. Petr. Dam. in Invent. S. Crux.

Sine dubio transpositio, manuum Crucis expressit figuram. Numquid in eo sic manus commutatio casu Cruxem figuravit? numquid non poterat, eadem ratione data, Manasse ad dexteram, Ephraim autem ad sinistram suam posuisse? Poterat planè; sed propheta eras & propheticis spiritu sciebat, quod per Cruxem componenda esset benedictio, quam venturus Legislator daret. S. Rupert. in Gen. l. 9. c. 24.

Candelabrum.

Et baculus sibi Cruxem. Jo. 19. 17. Portavit Christus Crucem, sicut illustratur candelabrum. Super quo ponenda erat lucerna, de qua ipsemet Salvator Jo. 8. 12. testatus est: ego sum Lux Mundi. Ascendit Dominus Crucem, sicut Doctor cathedram, vel pulpitem Praedicator; scilicet ut viam, ac doctrinam doceat veritatis. S. Bernardin. p. 2. f. 55.

Cithara David.

Suavi sono citharizans David, non tantum animalium mulcebat auditus, quantum etiam in ipso Saule vexationem mali Spiritus temperabat. 1. Reg. 16. 23. Si nostri, manu fortis, CHRISTI D. citharam respicias personantem, quam ligno Crucis, carnis, membrorumque suorum, chordis aptatam, plectro dum tangit S. Spiritus, omne animal replens benedictione; ipsum quoque diabolum fugavit de cordibus inimicorum. S. Prosper de promiss. Dei p. 2. c. 25.

Cithara David figuravit Crucem D. N. J. C. S. Vinc. Ferr. D. Reminic.

Non putandum est, citharam illam, quamvis dulcissimè resonantem, tantè potuisse virtutis exitere, què spiritus pelleret innudum; sed figura S. Crucis; & ipsa, qua caneatur Passio Dominica, jam tunc diaboli refringebat audaciam. V. Beda in lib. Reg. l. 5. c. 1.

Clavis.

Dabo clavem domus David super humerum eius. Il. 22. 22. Clavis super humerum Crux est apposta dorso ejus: cui versa facie ad homines crudeliter fuit affixus. Et statim sequitur utilitas passionis, apertio coeli. Electis nunquam claudenda, reprobis vero nunquam aperienda. Sim. Cal. l. 14.

R. P. Spanner Poly. Tom. I.

Crucis signum exhibuit columna ignis, & nubis, quibus deducebat Deus errantem Israel. S. Andr. Cret. or. in Exalt. S. Crux.

Columna ignis, & nubis, erat Crux; quae semper praeculis haberi debet peregrinantibus in terram promissionis per tubrum mare, per desertum, per loca in via, in aqua. S. Chryf. serm. de Joseph.

Dies Domini.

Exultavit, ut videret diem meum. Jo. 8. 56. Diem autem dicit Crucem. Theophyl. hic.

Ferculum.

Ferculum. Cant. 3. 9. à ferendo accipit; quod dicit de lignis Libani factum, in quo monte Lex data est: Quod ferculum Crucis secundum hanc mysteria delignis cedris factum, non erit incongruum intelligi. Aponius l. 7. in Cant.

Et sane, si per ferculum accipias Crucem, in ejus medio non erat, nisi Christus, nostri amore crucifixus. Corn. hic. O Crux regalis lectica Salomonis! te regnum, & omni honore dignum thronum stipant sexaginta potentes ex fortibus Israel. Ubi sexagenorum mentio in memoria mihi revocat excellentissimum illum Seraphinorum sex alas habentium conventum; qui tux glorie, ut sceptro regali assunt; tibi que conformantur contractis alis superioribus; & inferioribus; expansis autem utriusque mediis; & in formam Crucis volante, sine intermissione victoriae tux laudes, & praenica decantant. S. Germanus Patriarcha Constant. or. 2. in ador. Crux.

Ficus.

Ficus prorsus gressus suos. Cat. 2. 13. Quod si arbor scientiae boni, & mali, ficus fuit; ut quibusdam placet; convenienter ficus Crucem representat: ut damnum, quod unum lignum intulit, alterum auferret. De Ponte hic.

Fons.

Da mihi bibere. Jo. 4. 7. Myrtice fons iste, super quem ascendit D. N. I. C. est sancta Crux: super hunc fontem sedebat Dominus; quia passionem, & Mortem, summa mentis tranquillitate portavit. Quanto autem charitatis amore pro nostra redemptione sedent in Cruce, manifestat Evangelista discens: hora erat quasi sexta, idest, summum charitatis, ac dilectionis ardore; & in summo estu passionis, & mortis pro nobis se posuit Filius Dei Christus. S. Bernardin. t. 2. f. 31.

Gladius.

Elevavit aliquando celeberrima illa Judith acinacem in Holofernis dormientis caput. Judit 13. 9. Crux exaltationem figurans; salutemque Israel peperit. S. Andreas Cret. or. 2. in Crux. exalt.

Juniperus.

Jezebel, 3. Reg. 19. 2. &c. quae mortem Eliae intentat, mors aeterna est, quae per peccatum in hunc Mundum introjerat. Hanc quicumque fugit, sedet super Juniperum; id est, confugit ad sanctum & vivificantem Crucis Dominice lignum. Illic ambit mortem; illic festinat Commori Christo, ne à Jezebel occidatur; complantari similitudini mortis Christi, ne in aeterna morte detineatur. S. Rupert. in 1. Reg. l. 5. c. 10.

Leilus.

Ego dormivi Cr. Pl. 3. 6. id est, sponte jacui in Cruce; ut in ea morerer: quomodo se in lectum componunt, qui dormire volunt. Bellarm. hic.

Lectulus floridus.

Lectulus noster floridus. Cant. 1. 15. Sept. Lectulus noster umbrosus. Lectulus floridus praefere, Crux: ille initium laborum; hic consummatio laborum; & impletio desiderii pro nobis patiendi. Floridus olivae Nazarenum. De Ponte hic.

Lectulus sponsa.

Suavissimum mihi cervical, bone JESU! spinea illa Capitis tui coronas Dulcis lectulus illud Crucis tux lignum. In hoc ego nascor, & nutrior; creor: & recreor; & super Passionis tux altar. a memoria mihi nunc libenter recoloco. Gilb. f. 2. in Cant.

Lectulus Salomonis.

Rectè aptatur Cruci nomen lectuli Salomonis, Cant. 3. 7. quia nullibi Christus magis fuit Salomon, quam in ea; quia, ut dicit Apostolus Coloss. 1. 20. passivus per sanguinem Crucis omnia sive, quae in terris sive quae in caelis sunt. De Ponte hic Exh. 27.